



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

*DE SECUNDA APPA-
ritione. Marc. 16.*

Primò: Summo mane ad monu-
mentū profectæ sunt Maria Mag-
dalena, Iacobi, & Salome, inter se di-
centes: (*Quis reuoluet nobis lapi-
dem ab ostio monumenti?*)

Secundò: viderunt lapidem re-
uolutum, & angeli dictum audierunt
(*IESVM quæritis Nazarenum Crucifixum. Surrexit, non est hic.*)

Tertiò: apparuit Mariæ Magda-
lenæ, quæ, aliis digressis, iuxta sepul-
chrum restiterat.

*DE APPARITIO NE
tertia. Matth. ultimo.*

Primò: redibant à monumento
mulieres cū timore simul & gau-
dio ingenti, vt narrarent discipulis,
quicquid de Domini Resurrectione
intellexerant.

Secun-

Secundò:apparens eis in via Christus, ait (Auete) Et illæ accedentes, ac prostratæ ad pedes eius , ipsum adorarunt.

Tertiò : affatus est illas Dominus (Nolite timere : Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.)

*DE APPARITIONE
quarta. Luc. ultimo.*

Primò : Audita Petrus ex mulieribus Christi Resurrectione, cucurrit ad monumentum.

Secundò : introgressus sola vidit linteamina , quibus fuerat inuolutum corpus.

Tertiò : cogitanti super his Petro Christus se ostendit : vnde dicebant Apostoli (Surrexit Dominus vere & apparuit Simoni.)